

THOMAS A
KEMPES.

pere, nisi studeat etiam, usque dum perficiat sustodire. Opusc. 25, cap. 2.

76. Mulorum est incipere, paucorum proficere, paucissimorum ad perfectionem pervenire. In *Hortulo rasar.*, cap. 4.

77. Qui proficere vult, omni die incipere debet. In *Dialogo novit.*, cap. 3, sent. 2.

IN VII.
PATR.

78. Inchoasti inimici, quoniam et ipse inimicus patientia tua destruetur. Lib. 5, libell. *de Fortitud.*, num. 8.

79. Nihil est opus quod incipitur si non perficitur. Lib. 7, cap. 27, num. 2.

SENTENTIE PAGANORUM.

ARISTOTEL.

80. Principium omne difficillimum perspectu est. Lib. 2. *Elechor.*, cap. 9.

CICERO.

81. Ut bene vel male posuimus initia, sic caetera sequuntur. Lib. 10, *Epist. ad Atticum*, epist. 20.

ERICETUS.

82. In quovis incepto, haec optanda sunt. Due me o Jupiter, et tu fatum, eo quo sum a vobis destinatus: sequar enim alacriter. Quod si noluero, et improbus ero, et sequar nihilominus. In suo *Enchirid.*, cap. 77.

SENECA.

83. Quam serum est, tunc velle incipere, cum desinendum est? *De Brevit. vite*, cap. 4.

84. Inter caetera mala hoc quoque habet stultitia, semper incipit vivere. *Prosec.*

85. Quid est autem turpius, quam senex vivere incipiens?

86. Molestum est, semper vitam inchoare: male vivunt, qui semper vivere semper incipiunt, quia semper illis imperfecta vita est.

87. Non potest stare paratus ad mortem, qui modo incipit vivere, et non incipit mori.

88. Quidam vivere tunc incipiunt, cum desinendum est, quidam autem, quod magis mirum, ante vivere desierunt, quam inciperent. *Epist.* 43 et 23.

89. Scito te in quibusdam debere perseverare, quia coepisti: quaedam vero nec incipere, in quibus perseverare sit noxium. *De Quatuor virt.*

SIXT. PHIL.

90. Exordium in agendo, a Deo sume, quae agis. *Sent.* 278.

Vide etiam tit. *Conversio*, sent. 47; *Finitis*, sent. 25; *Fructus*, sent. 31; *Negligentia*, sentent. 23; *Novitius*, sent. 7; *Obvinctio*, sent. 9; *Opus*, sentent. 80; *Perseverantia*, sent. 10; *Premium*, sentent. 60; *Præfectus*, sentent. 144; *Propositum*, sent. 33.

INFERNUS.

S. AUGUST.

Etymologia. Inferi eo quod infra sint, latine appellentur: sicut autem secundum corpus, si

ponderis sui ordinem teneant, inferiora sunt omnia graviora: ita secundum spiritum inferiora sunt omnia tristiora: unde et in graeca lingua origo nominis, quo appellantur inferi, ex eo quod nihil suave habeant, resonare perhibetur. Lib. 12, *de Genes. ad litt.*, cap. 34.

Infernus dicitur est ab eo quod illic animae iugiter inferantur, sive, ut quidam volent, a parte inferiore. Super *Psalm.* ix, vers. xviii.

Definitio. Infernus est locus tormentorum, ubi animae igne perpetuo cruciantur. Super *Num.*, cap. xvi.

SENTENTIE PATRUM.

1. Constat solos malos in inferna torqueri, et solos bonos in caelesti beatitudine habere. *De Similitud.*, cap. 190.

2. Sicut in hoc mundo duo peccata magis abundant, luxuria et avaritia: sic in inferno duae sunt poenae, quae magis cruciant, scilicet ignis et frigus. *Serm. Dom.* 20, *post Trinit.*

3. Cavendi sunt inferiores inferi, ubi nulla potest esse commemoratio veritatis, quia nulla ratiocinatio, et ubi nemo est, qui memor Dei sit. *De Vera relig.*, cap. 62.

4. In Inferno etsi erit stimulus poenitudinis, nulla tamen ibi erit correctio voluntatis: a talibus enim iniquitas sua ita culpabitur, ut nullatenus possit ab eis vel desiderari iustitia. Voluntas eorum talis erit, ut habeant in se semper malignitatis suae supplicium, nunquam tamen percipere possint bonitatis affectum. *De Fide ad Petrum*, cap. 3.

5. Sicut illi, qui cum Christo regnabunt, nullas in se male voluntatis reliquias habebunt: ita illi, qui erunt in supplicio ignis aeterni cum diabolo et ejus angelis deputati: sicut ulterius nullam habebunt requiem, sic nullatenus bonam habere poterunt voluntatem. *Ibid.*

6. Sicut coheredibus Christi dabitur perfectio gratiae ad aeternam gloriam, sic consortibus diaboli cumulabit ipsa malignitas poenam, quando exterioribus deputati tenebris, nullo illustrabuntur interiore lumine veritatis. *Ibid.*

7. Quomodo intelligenda sit illa flamma inferni, ille simus Abrahae, illa lingua divitis, ille digitus pauperis, illa sitis tormenti, illa stilla refrigerii, vix fortasse a mansuete quærentibus contentiosae autem certantibus nunquam invenitur. Lib. 8 *de Genesi ad litt.*, cap. 5.

8. Miseris in inferno mors est sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu: quia et mors semper vivet et finis semper incipiet, et defectus deficere nesciet. *Prosec.*

9. Mors perimet, et non extinguet, dolor cruciabit, et pavorem non fugabit, flamma comburet, sed tenebras non discutiet: erit enim in igne obscuritas, in obscuritate pavor, in combustione dolor. *De Spiritu et anima*, cap. 56.

10. Reprobi ignibus inferni traditi, in supplicii dolorem sentient, et in doloris angustia pavore torerentur, et semper tolerabunt, et semper timebunt: quia sine fine cruciati vivent sine spe veniae et misericordiae, quod est miseria super miseriam. *Prosec.*

11. Si enim post tot millia annorum quot capillos habuerunt, omnes quicumque fuerunt et erunt, poenas suas finire sperarent, multo levius eas sustinerent; sed quia spem non habent, nec habebunt, desperatione deficient, et ad tormenta non sufficient.

12. Ibi erit metus et moror, luctus et dolor: tunc vere nihil nisi lugere erit, nisi flere: quia poenitere tunc nulli poterit valere.

13. Ibi erit toror caedens, vermis corrodens, ignis consumens: peccata delegentur, rei punientur, et hoc totum perenne.

14. Quisquis ad tormenta ibit, jam non amplius exhibit, dolor combustionis eos foris cruciabit, poena caecitatis intus obscurabit.

15. Videbunt illa teterrima monstra demoniorum, et larvales facies eorum, videbunt tormenta inferni, et in tormentis sequaces suos, Deum autem non videbunt, quod est omnium miseriarum miseriam. *Ibid.*, cap. 56.

16. Multi ex virtutibus in infernum per elationem corruerunt. *Ibid.*

17. Sepultura inferni, poenarum profunditas, superbos et immisericordes post hanc vitam devorat. Lib. 2 *Quæst. Evangel.*, quæst. 38.

18. Tria sunt deteriora omni malo: anima peccatoris, quae nigrior est corvo: mali angeli, qui eam rapiunt: et infernus, in quem ducitur. *De Salut. docum.*, cap. 50.

19. Mors illa in inferno potius aeterna dicenda est, quam vita: nulla quippe major et peior est mors quam ubi non moritur mors. Lib. 6, *de Civit. Dei*, cap. 12.

20. In poenis malorum, et inextinguibilibus ignis, et vivacissimus vermis ab aliis atque aliis, aliter atque aliter est expositus. *Prosec.*

21. Alii quippe utrunque ad corpus, alii utrumque ad animam retulerunt: alii proprie ad corpus ignem, vermem vero tropice ad animam, quod credibilis esse videtur. *Ibid.*, lib. 20, cap. 22.

22. Ignis aeternus ejusmodi sit, et in qua mundi vel rerum parte futurus, hominem scire

arbitror neminem, nisi forte cui spiritus divinus ostendit. Lib. 20 *de Civit. Dei*, cap. 16.

23. Lacus inferni plenus est tenebrarum, discordiae, odii, stultitiae, miserie, turpitudinis, amaritudinis, offensionis, doloris, adustionis, sitis, famis, ignis inextinguibilis, tristitia, vindictae perennis, et omnis ineffabili mali, quod nec dici, nec cogitari potest. *De Triplici habitaculo*, cap. 1.

24. In inferno nihil invenitur quod desideratur: in lacu miserie perennis, nihil videtur, nihilque sentitur, nisi quod displicet, nisi quod offendit, nisi quod cruciat. *Ibid.*

25. Omne malum abundat in carcere diaboli, et nullum bonum; nullus dignus, nullus justus ad infernum trahitur. *Ibid.*

26. In inferno est: sitis intolerabilis, poena famis, poena fetoris, poena horrois, poena timoris, poena angustiae, poena tenebrarum, severitas tormentorum, praesentia demonum, ferocitas bestiarum, crudelitas ministrantium, diacratio immortalium vermium. *Ibid.*, cap. 2.

27. In inferno est vermis conscientiae, ignitæ lacrymae, suspiria, miseria, dolor sine timore, vincula sine solutione, mors aeterna, poena sine fine, absentia Christi quoad visionem ejus, quae sola omnia supradicta superat, et omnibus poenis intolerabilior. *Ibid.*

28. Duplex plaga, est ab aeterno regno Dei separari, et semper in inferno cum diabolo damnari, praesentiam amittere angelorum, et terribilem semper pati demonum praesentiam. *Prosec.*

29. Quantum caveri, vitari, metui deberet demonum praesentia, nullo modo dici potest quia cum sano sensu pro unius diei deliciis centum annorum poenam eligeret? *Ibid.*, cap. 3.

30. Quare in inferno mors quaeritur et non invenitur? quia quibus in hoc saeculo vita offertur, et nolunt accipere, inferno quaerunt mortem, et non poterunt invenire. *Serm. 1 de Iudic. Eccles.*

31. Damnatorum cibus est cruciatus, et mansio eorum cum diabolo: ubi nulla visitatio nisi poena, ubi nulla requies, sed semper inquietudo: ubi nullum refrigerium, sed semper flamma: ubi lux nulla, sed semper tenebrae. *Serm. 3 de Functis*.

32. Infernus latus est, et mensuram non habet; profundus est, et nullum fundum habet; insatiabilis est, plenus ardore incomparabili, plenus fetore intolerabili, plenus omni dolore innumerabili. *Prosec.*

33. Ibi omnis miseria, ibi tenebrae, ibi nullus ordo, ibi horror aeternus, ibi nulla spes boni, nulla desperatio mali; sed omne malum quod exco-

gitari potest, damnatis in aeternum erit. *Serm. 26, ad Evatr. in cremo.*

34. Ibi nulla vita, sed mansio dura, et mors aeterna, ibi tenebrosus ignis, et loens horribilis, ibi flamma gehennalis et inextinguibilis, ibi immensa tormenta et suspiria valida, ibi luctuosi gemitus et langor sempiternus. *Ibid.*, *serm. 68.*

35. In inferno et dolor permanet ut affligat; et natura perdurat ut sentiat: quia utrumque ideo non deficit, ne pena deficiat. *Lib. 19, de Civit. Dei, cap. 28.*

36. In ipso igne aeterno pro disparibus ponderibus peccatorum, sunt disparia tormenta poenarum. *Lib. 4, de Baptismo, contra Donatis., cap. 19.*

37. In inferno non erunt homines ante mortem atque post mortem, sed semper in morte; ac per hoc nunquam viventes, nunquam mortui, sed sine fine morientes. *Lib. 13, de Civit. Dei, cap. 11.*

38. Ignis inferni semper ardebit, nunquam luebit, semper uret et nunquam consumetur, semper officiet et nunquam deficiet. *Super Apocal., cap. xv, vers. 11, in illud: Fumustormentorum ascendit.*

39. Est apud inferos summa tenebrarum obscuritas, immensa poenarum acerbitas, infinita miseriarum aeternitas. *Ibid.*

40. O mors, quam dulcis esses, quibus tam amara fuisti! te solam ibi desideranter optabunt, qui te solam vehementer oderunt. *Ibid.*

41. Per millia millium annorum in inferno cruciandi sunt miseri, nec inde unquam liberandi: ubi nec qui torquet, aliquando fatigatur; nec qui torquetur, aliquando moritur. *Prosec.*

42. Ibi dolor intolerabilis, timor horribilis, fœtor incomparabilis, mors animæ et corporis, sine spe veniæ et misericordiae: sic tamen morientur ut semper vivant, ut semper moriantur. *Lib. Medit., cap. 3.*

43. In inferno est ignis ardens, frigus rigens, vermis immortalis, fœtor intolerabilis, mallei percutientes, tenebræ palpabiles, confusio peccatorum, inmodicus vinculorum, horribilis demonum facies. *Serm. de quinque negotiis.*

44. Dirum execrabile, et horrendum sepulcrum infernus. *Serm. ad Pastores in synodo congregatos.*

45. Regio gehennalis, regio dura et extimescenda, terra afflictionis et miseriarum, terra tenebrarum, terra turbinis et caliginis, terra maledictionis et mortalitatis, terra sitis et famis, terra combustionis et frigoris. *Serm. de S. Nicolao.*

46. Mors malorum in inferno, est mors mortalis. *Super Psalm. cxvii.*

47. Ostium diaboli in inferno, luxuria est; cuius limen et simplex fornicatio, postes autem adul-

terium, superliminare peccatorum contra naturam. *Serm. 2, Dom. 4, post Pent.*

48. In inferno est vita semper moriens, et mors semper vivens. *Serm. 1, de S. Laurent.*

49. Homo in inferno semper moritur; et ut semper mori possit, ad vitam continue reparatur. *Ibid.*

50. In inferno tunc desinet poena miserorum, quando gloria desinet beatorum. *Serm. 1, de S. Matho.*

51. In inferno erit stimulus poenitentis, nulla tamen erit correctio voluntatis. *Tit. 10 Diates, cap. 1.*

52. Tanta erit in inferno vis doloris, ut se non ferat alius intentio cogitationis. *In Soliloq., cap. 3.*

53. Intolerabilis dolor ibi erit, si inde quisque causus mortis incurrat, unde vite gaudia comparare potuisset. *Homil. 1.*

54. Ignis infernalis sic absumit, ut servet; sic servat, ut cruciet. *Super Psalm. xx.*

55. Poena ingens, formidolosa damnatio, de amenissimo Domini tabernaculo evelli, et in perpetuis ignibus mancipari: uli nec vivere cuiquam datum est, nec florere concessum; sed tanquam arbor grandaeva radicibus evulsa, aeterna sterilitate sicari. *Super Psalm. 11, vers. 5: Evellit te.*

56. Quis potest horrenda inferni loca enarrare, tortores terribiles, animas infelices direo cruciati torquentes? *Prosec.*

57. Quis potest enarrare ignem incorruptibilem et semper ardentem, tenebras inexplicabiles, asperos et rigidos iudices, et ultores? *Doctrin. 42.*

58. In inferno obviabit damnatis horrenda illa facies sutorum delictorum, que omni tormento acerbius erit ac durior. *De Universali resur.*

59. Quanto in mundo major fuit gloria et lætitia, tanto major in inferno preparatur poena. *Epist. 4, ad Damas. Pap. de morte D. Hieronym.*

60. Dura separatio est a dulci infinito sanctorum, et a societate felicium, et lacrymabiles gemitus planetæque lugentium, collegium triste miserorum, et a beata patria aeternum telerimæ noctis exilium. *Homil. 4, ad Monachos.*

61. Intolerabilis in inferno dolor erit, si inde causas mortis quisquam inenrrat, unde vite gaudia comparare potuisset. *Ibid.*, *homil. 10.*

62. Ardens inferni puteus aperietur; descensus erit, relictus non erit. *Prosec.*

63. Illic denudati et capitaliter mortui in perpetuum demergentur, deijcendi in tenebras exteriores, infelicitur exclusi, infelicitus includendi.

64. Cum enim susceperit reos, claudetur sursum, et aperietur deorsum, dilatabitur in po-

enitentium; nullum spiramen, nullus liber anheli- tus, claustris desuper urgentibus, relinquetur.

65. Detrudentur illuc valedicentes rerum natu- re, ultra noscitur a Deo, qui Deum scire nolue- runt, morturi vito, et mortui sine fine victuri.

66. Felices, qui nunc bene agunt, utentes fac- ultate, vel corpore suo contenti, et de suo largi, in se casti, in alios incuranti, ab hujus profundi flammae nocte se redimunt. *Ibid.*, *homil. 3, de Epiphani.*

67. Infernus latissimus est, et infinita capacita- tis, quotquot advenierint capiens, et nunquam di- cens, sufficit. *In Elucidat., super cap. xxxvi, Job, in illud: Latissime, et non habens fundamentum.*

68. Ibi mors miserorum talis erit, quæ non animam de corpore dolentis excludat: sed indo- lenti corpore ita jugiter teneat, ut animam simul et corpus aeternitate doloris affligat: ac per hoc semper in corpore suo morietur anima, cum quo sine fine cogitur aeterna communicare tormenta.

69. Ibi mors anima corporisque non moritur, quia cruciatus corporis et animæ non finitur. *Lib. 2, de Remiss. peccator., cap. xiii.*

70. Caliginosus aer, infernus est demonum. *Super Epist. ad Ephes., cap. ii.*

71. Quem rapit iniquitas, infernus absorbet. *Lib. 26, Moral., cap. 24, num. 32.*

72. Ignis infernalis concremationem habet, lum- men non habet. *Ibid.*, *lib. 9, cap. 36, in illud Job: Ubi umbra mortis.*

73. Inferni claustra tenebrosa terra nominan- tur, quia quos puniendos accipiunt, nequaquam poena transitoria, vel phantastica imagine creantur, sed ultione solida perpetua damnationi servant. *Ibid.*, *cap. 30, num. 45.*

74. Nequaquam ultra misericordia parentis li- berat, quos semel in locis poenalis justitia iudicis damnat: quia quisquis ad toleranda inferni mala descendit, nequaquam ulterius ad lucem rediit. *Ibid.*

75. Qui nequaquam dispari iniquitate polluti sunt, nequaquam dispari tormento in inferno cru- cientur. *Ibid.*, *cap. 39, num. 47.*

76. Par cruciet flamma supplicii, quos in igne luxuria par succendit flamma peccati. *Ibid.*

77. Infernum umbra mortis obscurat, quia hor- rendo modo est reprobis dolor cum formidine, et flamma cum obscuritate. *Ibid.*, *super illud Job. x: Sempiternus horror insalubris.*

78. Fit miseri in inferno mors sine morte, fi- nis sine fine, defectus sine defectu: quia et mors vivit, et finis semper incipit, et deficiente defectus nascit. *Ibid.*

79. In inferno mors perimit, et non extinguit; dolor cruciat, sed nullatenus pavorem fugat;

flamma comburit, sed nequaquam tenebras dis- cutit. *Ibid.*

80. In inferno edax flamma comburit, quos carnalis delectatio polluit; et infinite patens in- ferni barathrum devorat, quos inanis elatio exal- tavit. *Ibid.*

81. Omnis peccator in inferno prudens erit in poena, qui stultus fuit in culpa: quia ibi dolore constrictus ad rationem oculos aperiet, quos hic voluptati deditus clausit. *Ibid.*, *lib. 15, cap. 31.*

82. Pravi tanto in inferno gravioris vindictæ supplicia sentiant, quanto hic majoris providen- tiæ gratiam calcant. *Ibid.*, *lib. 26, cap. 22, su- per illud Job xxxvi, Revelabit aures eorum.*

83. Infernus recte fundum non habere credi- tur: quia quisquis ab illo rapitur, in immenso profundo devoratur. *Ibid.*, *cap. 24, num. 32.*

84. Damnati hominis domus, infernus est; ubi nulla inveniri poterunt consilia salutis. *Lib. 2, in 1, Reg., cap. iii.*

85. Sicut electos beatitudo lætificat, ita crebri- necesse est quod a die exitus sui ignis reprobis exurat. *Lib. 4, Dialogi., cap. 28.*

86. Infernus insatiabilis est, et nunquam mor- tuorum multitudine completur. *Lib. 2, super Isaiam, cap. v, super illud: Propterea dilatavit infernus.*

87. In inferno cuncta poenarum plena sunt, at- que cruciatuum. *Super Joel, cap. ii, super illud, Magnus enim dies Domini.*

88. Infernus latus est sine mensura, profundus sine profundo, plenus ardore incomparabili, ple- nus fœtore intolerabili, plenus dolore innumera- bili. *Prosec.*

89. Ibi miseria, ibi tenebræ, ibi ordo nullus, ibi horror aeternus, ibi nulla spes boni, nulla des- peratio mali.

90. Ibi transitur a frigore nivium ad calorem ignium, et utrumque intolerabile.

91. Ibi omnes comburantur, et vermibus cor- roduntur, et consumuntur.

92. Nulla ibi vox, nisi va, ve, vœ habent, vœ sonant, tortores diaboli torquent pariter et tor- quentur, et eorum nunquam finis erit, aut reme- dium. Talis est infernus, et millies peior. *Lib. 4, de Anima, cap. 13.*

93. Hic locus indignis, quo non extinguitur ignis:

Nec qui torquetur, nec qui torquet morietur. *Serm. 68, de Divers.*

94. Quindecim poenæ sunt inferni: fames insa- tiabilis, sitis inextinguibilis, aestus irremediabilis, frigiditas intolerabilis, ignis interminabilis, fœtor horribilis, fumus incredibilis, laceratio bestiarum insatiabilis, dolor sensibilis, clausio carceris in-

FRANCISCUS
TITELM.

S. FULGENT.

S. C. S. S. S.
S. C. S. S. S.
S. C. S. S. S.

CASSIODOR.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR.
MAGNUS.

S. DOROTH.

S. EPIPHAN.

S. EUSEBIUS
CÆSAR.

S. EUSEBIUS
EMIS.

S. HIERON.

HUGO A. S.
VICTOR.

HUGO A. S.

flexibilis, desperatio insanabilis, horror excrabilis, invidia incessabilis, vermis corrosibilis, poena infiniibilis. Super *Psalm.* xx.

95. Mali deferunt secum malam voluntatem in inferno. Super *Prov.*, cap. xiv.

96. Triplex est infernus, primus, est poena temporalis; secundus, poena purgatorii; tertius, poena gehennalis. *Ibid.*, cap. xv.

97. Si esset aliquis in inferno sine peccato, nullam poenam sentiret. Super *Isaia.*, cap. xiv.

98. In inferno sepiuntur parochiani diaboli, in caelo vero sepiuntur parochiani Christi. Super *Luc.*, cap. xvi, in illud: *Et sepultus est in inferno.*

S. INNOC. III 99. Est apud inferos summa tenebrarum obscuritas, immensa poenarum acerbitas, infinita miseriarum aeternitas. Lib. 3, de *Contemptu mundi*, cap. 6.

100. Ibi erit fletus et stridor dentium, gemitus et ululatus, luctus et cruciatus, stridor et clamor, timor et tremor, dolor et labor, ardor et fessor, obscuritas et anxietas, acerbitas, et crudelitas, calamitas et egestas, angustia et tristitia, oblivio et confusio, torsiones et punctiones, amaritudines et sollicitudines, fames et sitis, frigus, et calor, sulphur et ignis. *Ibid.*, cap. ultimo.

101. Erit tanta in reprobis ibi oblivio, tanta cecitas animi, tanta confusio rationis, ut raro, vel nunquam ad cogitandum quidquam de Deo possint assurgere, nec ad confitendum valeant respirare. *Ibid.*, cap. 7.

102. Ordo quidem erit in inferno in quantitate poenarum, sed ordo non erit in qualitate rerum. *Ibid.*, cap. 8.

103. Voluntas damnati in inferno, licet amiserit peccandi defectum semper tamen habebit malignitatis affectum. *Ibid.*, cap. 10.

S. JOANNES CHRYSOST. 104. In inferno damnatus duplex invenit supplicium: in gehenna enim uritur, et caelorum regnum prorsus amittit, quae poena major est, quam cruciatus ille flammarum. Homil. 24, super *Math. Oper. perfect.*, in illud: *Et in ignem mittetur.*

S. JOANNES DAMASC. 105. Mala, quae in inferno sunt, Deum auctorem non habent, sed nos ipsos. Lib. 2 *Parall.*, cap. 52.

106. Infernus commune hospitium est, et luctuum officina. *Ibid.*

JOAN. TRITH. 107. Infernus latus est sine mensura, profundus sine fundo. Super Prolog. *Regul. S. Bened.*, cap. 2, text. 29.

108. Omnium in inferno poenarum longe gravissima existimanda est, quod illic damnati lucis aeternae visione perpetuo sunt privati. Lib. 2 ad *Monachos*, serm. 6.

109. Mali retributio, infernus est. *Orat.* 7 in *Conventu abbat. habit.*

110. Sicut lana ovium tonsa permittitur crescere, ut iterum tondeatur: sic moriendo in inferno vives, et non desines mori. Epist. 91, ad *Radulph. episc. Lexoviens.*

111. Tota hominis miseri in inferno substantia devorabitur inextinguibilibus flammis: nec erit suppliciorum modus, vel intermissio sine finis. *Prosec.*

112. Nam ibi finis semper incipiet, mors non morietur, nec defectus deliciet; ut damnati hominis conditio, semper in doloris materiam, et mortis aeternae pabulum recidivet. *Ibid.*, epist. 131, ad *quendam Prior.*

113. Regio gehennalis, regio dura, regio extimescenda, terra afflictionis, terra oblivionis, terra miseriarum, terra tenebrarum, terra turbinis et caliginis, terra maledictionis et mortis. *Prosec.*

114. Illic est ignis, qui non succenditur: vermis, qui non moritur, et frigus horrendum.

115. Ibi fessor intolerabilis exoritur, percutientes mallei resonant incessanter, obfusae tenebrae cumulatus indignantur.

116. Illic confusio peccatorum, horribilis facies daemonum, inextricabilium vinculorum fertilibus multitudine.

117. Ibi fletus et stridor dentium, planetas et gemitus, et alternantia mala impios sine pietate discernunt. Sermon. 59 de *S. Nicol.*

118. Nihil sic valet ad extirpandas voluptatum radices, quam inferni memoria. *Ibid.*

119. Infernus nihil aliud est, quam vita miseri, sclerati, execrandique hominis. De *Congressu quaerenda eruditionis gratia.*

120. Ubi continuus gemitus, cruciatus aeternus, dolor summus: ubi poenales sensus torquent animas, nec extorquent: puniunt corpora damnata, nec finiunt. Lib. 3 de *Vita contemplat.*, cap. 42.

121. Cogitate quale malum sit, ab illo gaudio divinae contemplationis excludi; bestissima sanctorum omnium societate privari; fieri patriae coelestis extorem; mori vite beatae, morti vivere sempiternae; in aeternum ignem cum diabolo, et angelis ejus expelli, ubi mors secunda damnatis exitum, vita supplicium; non sentire in illo igne quod illuminat, sentire quod cruciat; exundantis incendiis terribiles crepitus pati; barathri fumantis amara caligine oculos obsecari; profundo gehennae fluctuantis immergi; edacissimis in aeternum dilaniari vermicibus, nec finiri. *Ibid.*

122. Nulli animae omnino inferos patere sanctionem est. De *Anima*, cap. 57.

123. Infernus mortuus non expletur: sed quanto

PETRUS BLESSENSIS.

ALEX. plures susceperit, tanto plures desiderat. *Epist. Paschal.* 3.

THOMAS A REMPIS. 124. Nullum vitium erit in inferno, quod sumum proprium cruciatum non habebit: ibi erit una hora gravior in poena, quam hic centum anni in gravissima poenitentia. Lib. 1 de *Imit. Chr.*, cap. 24, sect. 4.

S. VINCENT. FERRAR. 125. Quatuor sunt loca in inferno: primus et inferior est carcer damnatorum; secundus est limbus puerorum; tertius est limbus purgandorum; quartus est sinus Patrum sanctorum. *Serm. in Sabbat. sancto.*

SENTENTIA PAGANORUM.

CICERO. 126. Apud inferos antiqui supplicia impiis constituta esse voluerunt. *Orat.* 44.

PLATO. 127. Si qui propter peccatorum magnitudinem insanabiles esse videntur, perpetratis aut sacrificiis multis et magnis, aut credibus iniustus, aut facinoribus commissis, hos consentanea sors proijcit in tartarum, unde nunquam egredientur. *Syzyg.* 1, in *Dialogo Phaedon.*

128. Pleni multis scleribus animam ad inferos descendere, illud omnium malorum extremum est. *Syzyg.* 3, de *Rhetor.*

129. Est carcer infernus, et perpetua nocte oppressa regio. *Epist.* 82.

Vide etiam tit. *Carcer*, sent. 345; *Deliciae*, sent. 39; *Diabolus*, sent. 179; *Finis*, sent. 35; *Locus*, sent. 47; *Mors*, sent. 24, 59, 98; *Purgatorium*, sent. 26; *Timor mortis*, sent. 86; *Tribulatio*, sent. 92; *Visio Dei*, sent. 50.

S. PETERUS DAMIANUS.

PHILOLOGUS.

S. PROSER.

S. ISIDORUS HISPAL. *Etymologia.* Infernus dicitur, quasi sine forma. Lib. 10 *Etymol.*, verbo *Infernus*.

S. ANTONIN. *Definitio.* Infirmilas proprie carnis dicitur, quae elementorum, seu humorum concordia turbata caro ipsa afficitur, et tandem dissolvitur. Part. 1, tit. 5, de *Anima separata*, cap. 1, § 5.

RICHARD. A S. VICTORE. Infirmilas nihil aliud est, nisi sanitatis privatio, integralisque corruptio. Part. 1, tract. 4, de *Statu interioris homin.*, cap. 11.

SENTENTIA PATRUM.

S. AMBROS. 1. Egreditur carnis peccatum repellit, luxuria autem carnis culpam adoleo. Lib. 1 de *Penit.*, cap. 43.

2. Non est obnoxius infirmitati, qui non est obnoxius passioni. De *Incarnat.*, cap. 7.

3. Nullo modo se erigere potest abjectus et vilis sensus, atque ignobilis, demersus in omnem infirmitatis voragine vite hujus cupiditate. Lib. 2, epist. 7, ad *Simplician.*

TERTULL.

S. THEOPH.

4. Non est excludenda infirmitas, sed juranda. Lib. 7, super *Luc.*, cap. xix, in illud: *Nolite prohibere eos.*

5. Cum corpus est debile et infirmum, debilitatur hostis. Part. 2, tit. 4, cap. 4.

6. Qui verum corporis ostendit infirmitatem, humane tractandus est: qui autem falsam, et convinci non potest, Deo dimittendus est. De *Opere monachorum*, cap. 49.

7. Multo misericordius operatur erga animas infirmorum, qui bonae famae servorum Dei consulit, quam erga corpora egentium, qui panem esurientibus frangit. *Ibid.*, cap. 22.

8. Non amat medicus aegrotum, et amat medicus aegrotum: si aegrotum amaret, semper aegrotum optaret: rursus si aegrotum non amaret, ad aegrotum non veniret; sed amat aegrotum, ut faciat sanum. Super *Psalm.* xvii, vers. 3.

9. Ubi non est salus, succumbit infirmitas. Super *Psalm.* cxviii, conc. 29.

10. Nihil superbius est aegroti, qui deridet medicamentum suum. Super *Psalm.* cxli, vers. 4.

11. Ubi homo aegrotat, et Deus curat, magnum pietatis et sanitatis indicium est. Super *Psalm.* cxlvii.

12. Morbi saepenumero veluti quaedam peccatorum flagella sunt. Lib. *Regular. fuisit disput.*, interrogat. 55.

13. Cum caput aegrotat, corpus simul omne laborat. In suis *Pronerbiis*, verbo *Cum*.

14. Difficile est cuiquam agnoscere sanitatis gratiam, nisi per infirmitatis disciplinam. *Ibid.*, verbo *Difficile*.

15. Infirmilas carnis, si patienter sustineatur, est quasi purgatorius ignis. *Ibid.*, verbo *Infirmilas*.

16. Vehementior est animi, quam corporis febris. *Ibid.*, verbo *Vehementior*.

17. Volens retinere sanitatem, nullius irrideat infirmitatem. *Ibid.*, verbo *Volens*.

18. Utilis prorsus infirmitas, quae medici malum requirit: et salubriter a se delicit, quem perlicet Deus. *Serm. de Convers. ad Clericos*, cap. 10.

19. In tua infirmitate non te despicias, sed ora Deum, et curabit te. De *Inter. domo*, cap. 51.

20. Bona est infirmitas carnis, quae perducit hominem ad sanitatem animae. *Serm. 43, ad Sororem*.

21. Egreditur carnem vulnerat, mentem curat. *Ibid.*

22. Signa infirmitatis in senes sunt quatuor: tremor corporis, cauities capitis, tumor ventris, irrigidatio libidinis. Super *Ecclesiasten*, cap. xiii.

S. ANTONIN.

S. AUGUST.

S. BASILIUS

MAGNUS.

V. BEDA.

S. BERNARD.

S. DONAT.

23. Non est detestanda, sed optanda infirmitas, quæ Christi virtute firmatur. *Prose.*

24. Non dicendus est desitutus, qui est in se infirmus, cum fortitudo sua sit Dominus. *Serm. de S. Agatha.*

25. Deus fortis, ut hostem vinceret, indutus est armis nostræ infirmitatis : si enim vicit per infirmitatem, quid fecisset si pugnasset per virtutem? Et si infirmum Deus fortius est hominibus, brachium Dei quis poterit infirmare? *Super lib. 1 Sent.*

26. Unde infirmitas multæ, nisi ex ciborum nimia copia, et frequenti mulierum usu? *In collat. de Contemptu sæculi.*

S. CYPRIAN. 27. Utilius est infirmum se homo cognoscat, ut fortis existat, quam fortis videri velit, ut infirmus emerget. *De Singulari. clericor.*

S. EUGENI. 28. Major ægritudo est languere animam vitii, quam corpus morbis. *In Epist. parænetica ad Valerium.*

GILBERT. ANGLUS. 29. Melior est infirmitas monachi, quam secularis firmatas. *Serm. 37, super Cant., apud S. Bernard., n. 3.*

S. GREGORI. MAGNUS. 30. Custos est virtutis infirmitas. *Lib. 19 Moral., cap. 6, super illud Job 28: Et aquas appendit in mensura.*

31. Ægra caro si studioso curari negligitur, squalore desper ducto in infirmitate deterius gravatur; et dum calamitatis ægritudinis, negligentia, miseria additur, gravior molestia oborto squalore toleratur. *Ibid., lib. 20, cap. 15, num. 12.*

32. Molestia corporalis, salus est cordis, quæ ad cognitionem sui mentem revocat, quam plerumque salus abijcit, infirmitatis memoria reformat. *Part. 3 Pastor., cap. 1, admonit. 13.*

33. Omnes infirmi sumus; sed ille est infirmior, qui suam considerare non valet infirmitatem. *Lib. 6 in Registro, indict. 15, cap. 160, epist. ad Cyriacum episc.*

S. GREGORI. NAZ. 34. Si aliquis ægrotat, pugnet; quod si succumbit, vincat, et assequatur ne amplius pugnet. *Orat. 25.*

35. Morbo crucior, et gaudeo: quia morbus lavat me a peccatis, et similitem reddit Domino virum dolorem. *Orat. de Nativitate Christi.*

S. HIERON. 36. Morbi ex saturitate nimia concitantur. *Lib. 2 advers. Jovian.*

37. Infirmitas corporis, sanitas animæ est. *Super Psalm. cxxlix, expos. 2, vers. 1.*

HUGO A. S. VICTORE. 38. Infirmitas carnis animum privat a virtute. *Lib. 1 de Claustro anim., cap. 8.*

39. Quando infirmitas carnis adinatur in tumorem, contingit quandoque ut generet languorem. *Ibid., lib. 2, cap. 13.*

40. Citius venit diabolus ad infirmum, quam sacerdos; quantumcumque acceleret. *Super Psalm. cviii.*

41. Omnis infirmitas animæ, si bene attendaris, aut est tenetur intellectus, aut putredo seu infectio affectus. *Super Proverb., cap. xii.*

42. Omnis spiritualis infirmitas hominis, aut est vitium intellectus, et hoc est ignorantia: aut vitium affectus, et hoc est malitia. *Ibid., cap. 13.*

43. Corporalis infirmitas, etsi sepe, non tamen semper provenit ex peccato. *Super Psalm. vi.*

44. Infirmitas carnis ad puritatem cordis non officit, si hæc tantummodo quæ fragilitas carnis, non quæ voluptas exigit, usurpentur. *Lib. 5 de Canob. instit., cap. 7.*

45. Infirmitas corporis miseranda est, non odienda; infirmitas autem animæ non est miseranda, sed odienda. *Homil. 21 super Matth. Oper. imperf.*

46. Qui infirmus est, non secus brevi, quam longa oratione perturbatur; et quæ manifesta et facillima sunt, difficilia esse autumnat. *Homil. 4, super Joan.*

47. Fortium virorum esse ferre infirmos. *Homil. 15 super Acta Apost., in Moral.*

48. Naturam habere infirmitatibus subditam, crimen non est; sed servire infirmitatibus, criminis est. *Homil. 6 de Laudibus Divi Pauli.*

49. Nescit inter divitem et pauperem ullo modo morbus discernere, gloriosum et ingloriosum, nobilem et ignobilem non cognoscit. *Homil. 59 super Matth. Oper. perf.*

50. Infirmitate carnis nimia prevalente, ad perfectionem peringere nemo potest. *Prose.*

51. Corporis autem debilitas, etiam vires animæ frangit, mentis quoque ingenium facit marcescere. *Lib. 2 de Summo bono, cap. 14, sent. 14.*

52. Tribus ex causis infirmitatis accidunt corpori: scilicet ex peccato, ex tentatione, et ex intemperantia passione sed huic tantum novissimæ humanæ potest medicina succurrere, illis vero sola pietas divinæ misericordie. *Ibid., lib. 3, cap. 3, sent. 4.*

53. Qui valentiores sunt et sani, utile est illis infirmari, et non peccare: ne per vigorem sanitatis illicitis sordidentur cupiditatum et luxuriæ desideris. *Prose.*

54. Duritia, quæ mentem premit, nec sanatur, utiliter mutatur per infirmitatem in carne, ut sentiat atque intellectui emendetur.

55. Nam citius infirmitatum vulnera carnis sentiuntur, quam animæ. *Ibid., sent. 5.*

56. Est salubris infirmitas, quæ per divinam

RUGOARD.

correctionem mentem a duritia frangit. *Ibid., sent. 7.*

57. In infirmitatibus tuis non contristeris, in languoribus tuis gratias age Deo. *Prose.*

58. Valere te magis animo opta, quam corpore: valere te magis mente, quam carne.

59. Adversa corporis, remedia sunt animæ: ægritudo quidem corpus vulnerat, sed mentem curat.

60. Languor vitæ excoquit, languor vires libidinis frangit. *Lib. 2 de Synonym., cap. 6.*

LACT. FIRM. 61. Ægros, quibus defuerint, qui assistunt, curandos, fovendosque suscipere, summæ humanitatis et magnæ operationis est. *Lib. 6 de Divin. inst., cap. 12.*

62. Quam primum latentibus morbis adhibenda est curatio. *Ibid., cap. 24.*

63. In terra nihil est, quod non sit infirmum. *De Opificio Dei, cap. 24.*

64. Infirmitas habet in se mortis conditionem. *Ibid.*

S. NILCE. 65. In morbis oratione priusquam medicis et pharmacis utere. *Parentes. 62.*

S. PAULINUS 66. Non proficeret spiritualis virtus, nisi subest carnalis infirmitas. *Epist. ad Sebastian.*

S. PETRUS CRYSOLOG. 67. Qui non fuerit cum infirmo infirmatus, non potest conferre sanitatem. *Serm. 50.*

PHILO JUD. 68. Non extremum morbum, sed peccata, quæ morbum accersunt, extimescamus, et morbum animi non corporis. *Hab. apud D. Joan. Damasc., lib. 1 Parall., cap. 12.*

S. PROSPER. 69. Quid infirmo utile sit, magis novit medicus, quam ægrotus. *Apud D. August., sent. 212.*

RICHARD. A. S. VICTORE. 70. Attende et cognosce magnitudinem morbi tui, ut anxius concupiscas, attentius requiras, ardentius diligas remedia medici. *Part. 1, tract. 4, de Statu inter. hom., cap. 1.*

ROBERTUS BELLARM. 71. Infirmitas corporis, robur est animæ. *Conc. 23, Dom. 1 Quadr.*

72. Quicumque alium ægrotare facit morbo ponne, ipse ægrotat morbo culpe. *Super Psalm. xxxiv, vers. 16.*

SALVIANUS. 73. Nequaquam nobis dolenda est hæc afflictio infirmitatum, quam intelligimus matrem esse virtutum. *Lib. 4 de Gubern. Dei. Super illud II Cor. xii: Virtus in infirmitate perficitur.*

74. Si infirmitatem corporis appetendam sibi etiam Apostolus putat, quis sapienter evitat? *Ibid.*

75. Absit ut religiosos putemus, quia infirmi sunt, a Deo negligi per quod condidimus plus amari. *Ibid.*

76. Infirmandum est nobis carne, ut optata faciamus: infirmitas enim carnis, vigorem mentis exæcut. *Ibid.*

77. Quanto imbecillior est corpore, tanto purior sensu. *Ibid., epist. ad Caturam sororem suam.*

78. Triste est et admodum molestum, morbo laborare; sed longe molestius, ipsum morbum non agnoscere. *Sect. 5 super Ezech.*

79. Infirmitas quæ in diem crescit, medicinam in diem requirit. *Homil. 9, de Misericord.*

80. Infirmum patienter serviens, instar angeli est. *Lib. 7, cap. 19, num. 2.*

S. THEODOR.

S. VALER. EPISCOPIUS. IN VIT. PATR.

SENTENTIE PAGANORUM.

81. Morbum signa præcurrit. *Lib. 3 de Ira, cap. 10.*

SENECA.

82. Initia morborum quies curat. *Ibid., cap. 39.*

83. Initium morbi est, ægris sana miscere. *De Tranquillit. animi, cap. 5.*

84. Tria hæc in omni morbo gravia sunt, metus mortis, dolor corporis, intermissio voluptatum. *Epist. 78.*

85. Longus morbus habet interæpidinem, dat refectio locum, necesse est ut resurgat et desinat. *Prose.*

86. Brevis autem morbus ac præcepit, alterutrum facit, aut extinguetur, aut extinguet. *Ibid.*

87. Est, mihi crede, etiam in lectulo virtuti locus: non tantum arma et acies dant argumenta alacris animi, indomitate terroribus; habes quod agas, bene hucare cum morbo: si nihil te coegerit, si nihil exoraverit, insigne prædis exemplum. *Ibid.*

88. Medicina ægro, non regio quaerenda est. *Epist. 104.*

89. Morieris, non quia ægrotas, sed quia vivis: cum convalesceris, non mortem sed valetudinem effugas. *Epist. 78.*

90. Turpe spectaculum præbet animus æger. *De Moribus.*

Vide etiam. *tit. Compassio, sent. 21, 22, 23; Consideratio sui, sent. 57; Desertio Dei, sent. 72; Fortitudo, sent. 62; Medicina, sent. 14, 30, 31; Religiosus, sentent. 18; Salus corporis, sentent. 6, 11, 16, 18, 23, 25, 42; Voluntas Dei, sentent. 11.*

INGENIUM.

Definitio. Ingenium est vis ea animæ, sive intentio, qua anima se extendit et exercet ad incognitorum cognitionem. *De Spiritu et anima, cap. 2.*

S. AUGUST.

Ingenium est extensio intellectus ad non intellectorum cognitionem. *COLLECTOR.*

- PLATO. Ingenium est velocitas discendi. Syzygia 6, de *Definit.*
 SENECA. Comparatio. Sicut ignis quo clarior fulsit, citius extinguitur: sic ingenia quo illustriora, eo breviora sunt. De *Consolat. ad Marciam*, cap. 23.

SENTENTIE PATRUM.

- S. AMERGOS. 1. Unusquisque suum ingenium noverit, et ad id se applicet, quod sibi aptum elegerit. Lib. 1 *Offic.*, cap. 44.
 S. AUGUST. 2. Quaedam acutissima et excellentissima ingenia tanto in majores errores ierunt, quanto praesidentius, tanquam suis viribus cucurrerunt. Epist. 52, ad *Macedonium*.
 3. Non inutiliter exercentur ingenia si adhibeatur disceptatio moderata. In *Enchirid.*, cap. 59.
 4. Bonorum ingeniorum insignis est indoles, in verbis verum amare, non verba. Lib. 4 de *Doctrina christiana*, cap. 2.
 5. Quanto tenacius et facilius puer meminit, quantoque acutius intelligit, et stndet ardentius, tanto est laudabilior ingenii. Lib. 40 de *Trinit.*, cap. 2.
 6. Ingenium tuum, prudentia, eloquentia, et cetera quibus ornantur mores tui, dona sunt Dei. Epist. 238.
 7. Sine vera pietate et religione, omne quamvis laudabile ingenium superbia vaneat et decidit. Lib. 2 de *Civili Dei*, cap. 5.
 8. Ingeniosus nasci, felicitatis est. *Ibid.*, lib. 4, cap. 24.
 9. Accepisti a Deo ingenium spiritaliter aureum, et ministras inde libidinibus, et in illo satanae propinas teipsum. Epist. 39.
 10. Non vel ingenio, vel merito, sed Dei dono sum, si quid laudabiliter sum. Epist. 52.
 11. Nihil est acutum ingenium, nisi a Deo. Lib. 1 *contra Faust.*, cap. 4.
 12. Abutens ingenii tardioribus. Lib. 4 *contra Julian.*, cap. 9.
 S. BERNARD. 13. Semper in robusto vegetoque corpore, animus mollior, atque tepidior jacet: et rursum in corpore debili et infirmo, fortior viget propiorque spiritus. Epist. 253, ad *Abbat. Garin.*
 14. Qui callet ingenio, qui viget arte, qui praeminet intellectu, instrumenta sunt haec ei tam vitorum quam virtutum. De *Vita solit.*
 15. Ingenium corpus adaptat, ars naturam informat, intellectus animum facit docibilem. *Ibid.*
 S. DONAV. 16. Ne plus te extendas, quam ingenium tuum

potest ascendere, nec infra maneat. Serm. 19 in *Hexam.*

17. Bonorum ingeniorum insignis indoles est, in verbis verum amare, non verba. Super *Sapient.*, cap. vi.
 18. Exilis ingenii angusta mediocritas, tenuis admodum fruges parit. Epist. 2 ad *Donat.*, cap. 4.

19. Splendida et admiranda sunt, quae ex ingenii solertia patrantur egregie facta. Homil. 22, de *Festis Paschal.*

20. Quid bonum in te sinis ingenium terrenis obrui? super *Cant.*

21. Apis acriter pungit, et mel conficit: sic in parvo corpore anima ingeniosa et acerrima viget, et doctrinae suavitate profert. Super *Ecclesiast.*, cap. 11, in illud: *Brevis in volatilibus Apis.*

22. Perspicacitas ingenii frequenter Deum et proximum impugnat, ut patet in advocatis per hanc pervertentibus veritatem justitiae. Super *Ezech.*, cap. xxxvii.

23. Saepe ingeniosi dum negligentia torpent, in pravis actionibus remanent: et simplices, quos ingenii penna non adjuvat ad obtinenda aeterni regni monia, virtus operationis levat. *Prosece.*

24. Saepè desidiosus ingenium accipit, ut ingeniosus de negligentia justius puniatur: quia quod sine labore assequi potuit, seire contemnit. Lib. 6, *Moralium*, cap. 5.

25. Sancti viri robur suum non deputant, quia quantolibet ingenio fulgeant, nihil se esse ex suis viribus pensant. *Ibid.*, lib. 22, cap. 2, num. 4.

26. Boni ingenii virtutem ad cognoscendam propriam infirmitatem dirigunt, atque ex infirmitatis suae cognitionem melius convalescunt. *Ibid.*

27. Grandes materias ingenia parva non sustinent. Epist. 3, ad *Heliodor.*

28. Magnum ingenium, facilitasque et puritas mixta, prudentiae est. Epist. 13, ad *Paulin.*

29. Calidi acumen ingenii frigidus sanguis obtundit. Epist. 21, ad *Paulum Concordiensem.*

30. Ingenia liberaliter educata, facilius verecundia quam metus superat: et quos tormenta non vincunt, interdum vincit pudor. Epist. 26, ad *Pammach.*

31. Multa sunt quae praecleara ingenia nobilitant. Viros consulatus illustrat, eloquentia in nomen aeternum effert, militaris gloria, triumphusque decorat. Lib. 7, *advers. Jovin.*

32. Ingenium docile, et sine doctore, laudabile est. Epist. 4, ad *Paulin.*

33. Occupandum est optimis rebus ingenium. Epist. 1, ad *Demetriad.*

HUGO A S. VICTORE. 34. Ingenium a natura proficietur, usu juvenatur, immoderato labore retardatur, temperato acutur exercitio. Lib. 3 *Didasc.*, cap. 8.

35. Duo sunt, quae ingenium exercent, lectio et meditatio. *Ibid.*

36. Non in hoc ingenium hominis approbandum existimatur, si in iis quae difficilia sunt pertinaciter insisit: sed potius si ea, quae scienda sunt praecliter discernit. Lib. 1, de *Sacram.*, part. 6, cap. 3.

37. Sicut humanum ingenium otium contundit et denigrat, et rubiginat, et consumit: sic exercitatio studii salutaris illud exacuit. Super *Ecclesiasten*, cap. x.

38. Saepè Deus pigris et negligentibus acumen et subtilitatem ingenii praestat, et diligenter studentibus negat: ut hoc istis sit materia laboris et coronae amplioris, illis autem occasio poenae justioris. Super *Luc.*, cap. viii.

39. Ingratus beneficii, dignus est salutis dispendium sustinere. Lib. 8, de *Nugis curial.*, in prologo.

40. Duram est puerorum ingenium: et quod duro inseritur, difficillime aboletur. Super prolog. *Regul. S. Bened.*, cap. 2, text. 9.

41. Ingenium tardius etsi non per naturam, per assiduitatem tamen lectionis augmentatur. *Prosece.*

42. Nam quamvis sensus hebetudo sit, frequens tamen lectio intelligentiae ingenium adhibet.

43. Qui vero praestitum sibi a Deo ingenium intelligentiae negligit, condemnatione reus existit. Lib. 3, de *Summo bono*, cap. 9, sent. 6.

44. Sensum desidia obtundit, industria acuit: ardentius fit ingenium subjecto studio, et tarda ingenia studii acuntur. *Prosece.*

45. Torporem naturae industria excitat, sensus tarditatem assiduitas acuit: exercitatione sensus proficit, experientia plus scit. Lib. 2, de *Synonym.*, cap. 12.

46. Argumento perspicuo illud est, quod ii qui ita vivunt, ut paucis rebus egeant, eos qui molle ac luxu diffuens vitae genus sequuntur, ingenii acuminis et prudentia superant. Lib. 2, epist. 57, ad *Palladium.*

47. Veritatis et rationis, qui perspicuitatem habet intellectus, magis est capax, quam qui est rudis ingenii, et ad discernendum tardus: et nihilominus ostensa sibi expeditius isti, quam illi assentiant veritati. De *Regimine praet.*, cap. 22.

48. Ingenium non datur facultatibus, nec studio paratur, sed cum ipsa mentis formatione generatur. In suo *Octavio.*

49. Non semper ingenii vena respondet ad votum. Epist. 1, ad *Henric. regem Anglor.*

50. Natura nobilioris ingenium, viti degenerate damatur. Lib. 7, de *Gubern. Dei.*

51. Satis eminet meritis ingenii proprii, qui fuerit fautor alieni. Lib. 5, epist. 1, ad *Petronium.*

52. Sicut in addiscendo dicitur boni ingenii esse, qui cito capit verba magistri: ita in operando boni ingenii dicitur, qui exemplo aliorum cito movetur ad bene operandum. Super II *Corinth.*, cap. viii, lect. 1.

SENTENTIE PAGANORUM.

53. Magna ex parte, qui obtuso hebetique ingenio sunt, memoria magis viget: et qui acuto docilique praestant, reminiscencia magis excellunt. De *Memor. et reminisc.*

54. Is est ingenio bono, cui idipsum bene sese habet natura. Lib. 3 *Ethic.*, ad *Nicomach.*, cap. 5.

55. Magni est ingenii, revocare mentem a sensibus, et cogitationem in consuetudine abducere. Lib. 5, *Theo. quest.*

56. Qui vehementi sunt natura et ingeniosi, saepe numero ad iracundiam vehementi quadam impetu sunt proni. *Prosece.*

57. Qui contra graviore sunt naturae indole, seigniores quodammodo ad disciplinas capessendas accedunt, et obliviosiores quidem existunt, sed majori mansuetudine atque fructuose proficiunt. Syzygia 2, de *Scientia.*

58. Ne censeamus obliviosum ingenium esse iis hominibus, qui vere sunt philosophi: sed maximam memoriam efficacitatem in iis investigemus. Syzygia 4, lib. 6, de *Republ.*

59. Ingenium excelsum et subtile, dulce, facile, eruditum est in causis agendis. Lib. 2, epist. 13, ad *Priscum.*

60. Recta ingenia debilitat verecundia: perversa, confirmant audacia. Lib. 4, epist. 7, ad *Aulum Lepidum.*

61. Intolerabilis in malo ingenio felicitas est. Lib. *Suasor.*, suasor. 7.

62. Nihil est tam mortiferum ingenii, quam luxuria. Lib. 1 *Controvers.*

63. Nihil iniquius his, qui nusquam putant esse subtilitatem, nisi ubi nihil est praeter subtilitatem. *Ibid.*

64. Utilissima est dissimulata subtilitas, quam effectum apparet, habitu laet. *Ibid.*

65. Magnum ingenium non est vitale. *Ibid.*, lib. 1, *Controvers.* 1.

66. Ingenii lassitudo non minor est, quam

PETER. BLES.

SALVIANUS.

S. SYNEIUS

EPISCOPUS.

S. THOMAS

AQUINAS.

ARISTOTEL.

CICERO.

PLATO.

PLINIUS II.

SENECA.

corporis, sed occentur. *Ibid.*, lib. 1, controvers. 1, in proemio.

67. Curiosum nobis natura ingenium dedit. *De Beata vita*, cap. 32.

68. Nullam magnum ingenium, sine mixtura demerita fuit. *De Tranquillitate animi*, cap. 15.

69. Neminem excelsi ingenii virum humilia delectant et sordida, magnarum rerum species ad se vocat et extollit. *Epist.* 39.

70. Superior loci disciplina format ingenium, aptumque magnis conatibus reddit. *Epist.* 51.

71. Nulla est sine difficultate ingenii subtilitas. *Epist.* 58.

72. Potest ingenium fortissimum ac beatissimum sub qualibet cute latere. *Epist.* 66.

73. Nullum mali facit nimia subtilitas, infesta veritati sit : odibilis nihil est subtilitate, ubi est sola subtilitas. *Prose.*

74. Quid est acutius arista, et in quo est utilis? tale est ingenium, quod sola subtilitate lascivens, nulla residet gravitate. *Epist.* 88.

75. Nullum seculum magnis ingeniis clausum est. *Epist.* 102.

76. Facillime tenera concitantur ingenia ad honesti rectique amorem. *Epist.* 108.

77. Si animus sanus est, si compositus, si gravis, ingenium sobrium erit. *Epist.* 114.

78. Nullum sine venia placuit ingenium. *Ibid.*

79. Alius alio ingeniosior est; ingenii vis præceptis altitur et crescit. *Epist.* 64.

80. Recta ingenia debilitat verecundia, pravæ confirmat audacia. In suis *Proverbiis in fine positis.*

INGRATITUDO.

S. ANTONIN. *Definitio.* Ingratitudo est vitium, quo beneficiatus non retribuit benefactori quod debet. *Part.* 2, tit. 3, cap. 9.

JOAN. GENS. Ingratitudo est vitium oppositum gratitudini, quo quis vel obliviscitur beneficii, vel in animo detrahit vel murmurat verbo, vel facto vicem non reponit. *Part.* 4, in *Descript. terminor.*, cap. *Justitia.*

SENTENTIE PATRUM.

S. AMBROS. 1. Qui debuit gratiæ, ut a se exigatur, exceptat, ingratus est. *De Noe et Arca*, cap. 22.

2. Quam deforme est, ut pro beneficio ei, qui te adjuvit, rependas molestiam! *De Tobia*, cap. 21.

S. ANTONIN. 3. Quanto quis recipit majora beneficia, tanto faciens mala magis ingratus est. *Part.* 2, tit. 3, cap. 9, § 4.

4. Non est dignus dandis, qui est ingratus de datis. *Ibid.*, cap. 9, § 6.

5. Nemo est donis Dei beatus, qui donanti existit ingratus. *De Bono viduit.*, cap. 16.

6. Ingratus exiit, qui plenus virtutibus, Deum omnino non timuit : in hoc enim quisque peccator sit culpabilior, quod est Deo acceptior. *De vera et falsa parati.*, cap. 14.

7. Ingratitudo multum Deo displicet, quæ est radix totius mali spiritualis, et ventus quidam desiccans et urens omne hominum, obstruens fontem divine misericordie super hominem, quæ et mala mortua jam oriuntur, et viva jam opera moriuntur, et ultra non adipiscuntur. In *Soliloq. animæ*, cap. 18.

8. Sunt homines ingrati gratiæ, multum tribuentes inopi sanctioris nature. *De verb. Apost.*, serm. 2.

9. Si ingratus es in eo quod esse vis, jure cogis esse quod non vis. *Lib.* 3, de *Lib. arbit.*, cap. 6.

10. Ingratus unus, multis miseris nocet. In suis *Proverb.*, verbo *Ingratus.*

11. Nihil tam evidenter gratiæ adversatur, quam ingratitude perniciosa. *Serm.* 3, de *Annunt.*

12. Peremptoria res est, ingratitude, hostis gratiæ, inimica salutis. *Serm.* 2, de *septem peccatis.*

13. Nihil ita displicet Deo, quemadmodum ingratitude : vias enim obstruit gratiæ, et ubi fuerit illa, jam gratiæ accessum non invenit, locum non habet. *Ibid.*

14. Perversi cordis est, occasiones ingratitude nis vestigare; nemo id facit nisi qui etiam gratis esset ingratus. *Serm.* 14, super *Qui habitat.*

15. Quodammodo amissum reputans dator quod ingratus accepit, cavet sibi de cætero ne tanto plura amitteret, quanto plura conferret ingrato. *Serm.* contra vitium *ingratitude.*

16. Ingratitudo inimica est animæ, exinanitio meritorum, virtutum dispersio, beneficiorum perditio. *Serm.* 51, super *Cant.*

17. Ingratitudo ventus est urens, sicans sibi fontem pietatis, rorem misericordie, fluentia gratiæ. *Ibid.*

18. Accipiendus indignus est, qui fuerit de acceptis ingratus. *Serm.* 4, super *Qui habitat.*

19. Beneficiis ingratus exhibitus, ineptus efficitur exhibendis. In *Speculo disciplina.*, part. 1, cap. 2.

20. Omnium vitiorum capitalium unum est iniquum, scilicet ingratitude. *De modo confitendi.*, etc. cap. 48.

21. Quid tam impium est, quam a Deo beneficium consequi, et ingratum esse? animam ingratiæ malus possidet demon. *Lib.* 5, *Recognit.*

E. AUGUST.

V. EEDA.

S. BERNARD.

S. GREGOR.

NAX.

S. GREGOR.

THEMAT.

S. BONAV.

S. CLEMENS

PAPA.

CLEMENS ALEX. BENEDICTUS CARTHUS. 29. Ingratus est quisquis est infidelis et ignarus. *Lib.* 2, *Sromax.*

23. Pessima ingratitude pars est, non attendere beneficia impartita. *Super hymn.* S. *Crucis.*

24. Ingratitudo est, beneficium non recognoscere, gratias non referre, nec vicem pro posse pendere. *De fructuosa temp.*, deduct. art. 7.

25. Quanto benefactor est dignior, beneficiumque præstantius atque frequentius, eo gravioris est ingratitude, beneficium non pensare, nec regradari, nec pro posse pendere vicem. *Ibid.*

26. Ingratissimum damabilissimumque est, si benefactori grates et vicem non rependamus. *Ibid.*

27. Ingratitudo eorum tanto magis est execranda et detestabilis qui quanto plura a Deo beneficia susceperunt, ingrati remanent. In *Elucid.* super cap. xxiii, *Job.*

28. Gravius est malum, et tolerari difficilius, cum in quos beneficio nobis obstrinximus, pro bonis mala referunt. In *Annorat.* super *Psalm.* xi.

29. Tanto quis deterioris tenetur superbia reus, quanto in melioribus donis existit ingratus. *Epist.* 6, ad *Theodor.*, cap. 8.

30. Tale Dominus abominatur virum, quem sibi beneficiis videt ingratum. *Sup. Prov.*, cap. xvi.

31. Culpa, quia ab iniquo homine sine ulla retractatione perpetratur, quasi aqua iniquitas ditatur. *Prose.*

32. Qui illicita sine timore facit, quasi potum iniquitatis sine obstaculo glutit. *Lib.* 12, *Moral.*, cap. 18.

33. Nihil est iniquius, quam odium pro dilectione pendere, mala pro bonis retribuere, pro correptione injurias respondere. In *septem Psalm. penit.*, super *Psalm.* ut, vers. 2 : *Qui oderunt me inique.*

34. Creatura ingrata, diaboli sunt plasmata. *Orat.* 29, de *Moderata.*

35. Dura gravisque res ingratitude : gravis, inquam, et gravis usquequaque. In *Orat. panegy.*

36. Cui et sensus et cognitio est beneficiorum, nisi memoriam conservet, nisi gratiam referat honorum auctori, iners ille est, et ingratus. *Ibid.*

37. Ingratus est, qui beneficia Dei non memorat, qui ei bona que habet, non attribuit, qui gratias non agit, et ei vicem non reponit. *Super Tobiam*, cap. 13.

38. Ingratus est, qui nescit quod beneficium, et a quo, et ad quid receperit. *Super 1 Cor.* ii.

39. Ubi magna ingratitude, ibi multe ingratorum fraudes. *Hom.* 3, super *Gen.*

40. Merito ponas luit, qui ratione pollens ingratus existit post tot beneficia. *Ibid.*, homil. 7.

FRANCISC.

TITULIAN.

S. JULIEN.

CROSS, ORD.

S. GREGOR.

MAGNUS.

S. GREGOR.

NAX.

S. GREGOR.

THEMAT.

S. BONAV.

S. JOANNES

CHRYSOST.

S. CLEMENS

PAPA.

41. Ille sepe servorum mos est, ut cum parum prosperitatis eis evenerit, statim in ingratitude nem sint propensi. *Ibid.*, homil. 38.

42. Ingratus indignus est ea, quam sibi natura dedit dignitate. *Ibid.*, homil. 50.

43. Beneficiis ingratus est, qui datorum tumoris arrogantia despiciat. *Homil.* 2, *De lapsu prima hom.*

44. Sicut bonus Deus gratis, ita ab ingratis rationem duram exigit. *Serm.* de *Adam et pavit.*

45. Nihil tam ingratum, sicut avarus : nihil ita absque ullo gratitudinis sensu est, sicut pecunia cupidus. *Homil.* 7, super ii *Tim.*

46. Ingratus scelestus est : qui enim erga beneficium ingratus est, qualem se erga alios præstabit? *Ibid.*, homil. 8.

47. Qui ingratus est, sine pace, sine affectione ille est. *Ibid.*

48. Grave est eum, qui maximis beneficiis obstrictus est, non modo nullam gratiam referre; sed etiam eum qui de se bene meritis sit, contumelia læcescere : grave est, inquam, istud, sed tamen facienti gravis malum est, quam peccantia. *Prose.*

49. Incredibilis quedam profecto ingratitude hæc est, cujus beneficiis ornatus sis, ejus benignitatem in ingratitude ansam trahere.

50. Plerosque homines esse videmus, qui postquam beneficiis affecti fuerint, eos a quibus ea acceperint, perinde ac mancipia contemnant, superciliosque adversus eos attollant. *Lib.* 1 *Parall.*, cap. 29.

51. Ingratitude magna est Deo, si homo beneficiis, suam, non Dei gloriam querit. *Super Prologum Regule sancti Benedicti*, cap. 2, text. 19.

52. Nil est quod adeo indignationem provocet altissimi, sicut ingratitude. *Ibid.*

53. Exceptorium divine bonitatis, et organum clarificationis, ejus homo gratus : exceptorium vero justitiam ejus, homo ingratus. *Lib.* 4, *advers. Heres.*, cap. 24.

54. Constat homini ratio pietatis non potest, si celestibus beneficiis extiterit ingratus. *Lib.* 4, de *Divin. instit.*, cap. 3.

55. Ingratitudo vitium ascendendi ad sublimiora virtutum impedimentum esse quam maximum, dubitat nemo : conspiciamus hodie multos honore decoratos, hujus occasione ad ima repente fuisse dejectos. *De Regimine prelat.*, cap. 21.

56. Grande prosum malum est ingratitude. Quæ divine bonitatis excusat fontem; hominum benevolentiam dirimit; spoliat donis; dignitate privat; elationem hujus infert cecitatem; amicos despiciat; conturbat pacem; disseminat scandala; detractioes fovet; nutrit jurgia; odia auget;

S. JOANNES

DAMASC.

JOAN.

JUSTIN.

LACT. FIRM.

LAURENT.

JUSTIN.

sequo possidentem coram Deo et hominibus facit inglorium. *Ibid.*

57. Nonne detestabile virus ingratitude existit? que adversus benefactorem suum cordis cervicem erigit, perceptorem obliviscitur munus, atque eorum que mereri poterat, reddit indignum? *Ibid.*

S. LEO I. 58. Ingrate mentis indicium est, beneficia tacere divina. *Serm. 1, de Anaxiver, die Assumpt. ejus ad Pontif.*

59. Magnum periculum est, esse homines ingratos Deo. *Serm. de Octava Apostolor. Petri et Pauli.*

PETR. BLES. 60. Nihil est quod adeo provocet indignationem Altissimi, sicut ingratitude. *Prosec.*

61. Ipsa est enim malorum provocatio, beneficiorum exanimatio, exterminatio meritum. *Epist. 66, ad Gualter, archiep. Panormit.*

S. THOMAS AQUINAS. 62. Nihil est tam superbum, quam ingratum videri. 2, 2, quest. 162, art. 4, argum. 3.

63. Ingratus est, qui sibi attribuit, quod ab alio habet. 2, 2, quest. 162, art. 4.

THOMAS A KEMPIS. 64. Magnum vitium est ingratitude, et apud Deum et homines vituperabile nimis. *Medit. 25, de Christi pass., cap. 4.*

S. VALER. EPISCOPUS. 65. Homo tantis Deo beneficiis obnoxius, in parvis officiis invenitur ingratus. *Homil. 3, de Arca vita.*

SENTENTIE PAGANORUM.

SENECA. 66. Inter plurima maximaque vitia, nullum est frequentius, quam ingrati animi. *Lib. 1, de Benefic., cap. 1.*

67. Multos experimur ingratos, plures facimus. *Ibid.*

68. Ingratitudinem tu cave, tanquam maximum crimen, ne admittas: ignosce tanquam levissimo, si admissum est. *Ibid., cap. 20.*

69. De ingratis etiam ingrati queruntur. *Lib. 3, de Benefic., cap. 1.*

70. Ingratus est, qui beneficium accepisse se negat, quod accepit. *Ibid.*

71. Ingratus est, qui dissimulat: ingratus, qui non reddit: ingratus omnium, qui oblitus est. *Ibid.*

72. Apparet illum non sape de reddendo cogitasse, cui obrepsit oblitio. *Ibid.*

73. Valde ingratus est, qui oblitus est ut gratus sit, qui beneficium in mentem venit. *Ibid., cap. 5.*

74. Sape et qui reddidit quod accepit, ingratus est: et qui non reddidit, gratus. *Ibid., cap. 7.*

75. Tu infelicem vocas, qui caret acie oculorum, et non vocas miserum eum, qui sensum beneficiorum amisit. *Ibid., cap. 17.*

76. Gratum hominem, semper beneficium delectat; ingratum, semel. *Ibid.*

77. Optimi viri et ingentis animi est, tantum ferre ingratum, donec fecerit gratum. *Ibid., lib. 5, cap. 1.*

78. Ingrata est juvenus. *Ibid., cap. 17.*

79. Ingratus non mihi facit injuriam, sed sibi. *Ibid., lib. 7, cap. ult.*

80. Nec ullum habet malum cupiditas majus, quam quod ingrata est. *Epist. 73.*

81. Ingratus est, qui beneficium reddit sine usura. *Epist. 81.*

82. Periculosissima res est beneficia in ingratum magna conferre: nam quia putat turpe, non reddere, non vult esse cui reddat. *Ibid.*

83. Dixeris maledicta cuncta, cum ingratum hominem dixeris. In suis *Proverb., in fine postis.*

84. Ne te impediatur a beneficiando homo ingratus. *Sent. 319.*

Vide etiam tit. *Beneficium* in genere, *sent. 10, 25, 26, 29, 51, 57, 62, 125, 135, 170, 173, 181, 186, 190; Beneficium Dei, sent. 11, 108; Donum, sent. 19, 21; Gratia Dei, sent. 54; Oblicio, sent. 4; Parentes, sent. 148.*

INIMICITIA.

Dehinc. Inimicitia est machinatio nocuenti, que ex odio procedit. *Super Ecclesiastic., cap. 5.*

SENTENTIE PATRUM

1. Ubi inimicitia sunt, discordia est, nocendique studium. *De Fuga seculi, cap. 7.*

2. Plus est clauso intra te hosti resistere, quam remoto. *Lib. 2, de Jacob., cap. 6.*

3. Nescio qua horrenda pestilentia peccatorum latissime pervagante, non solum iratorum inimicorum iras inimici dicta proderet, sed etiam que non dicta sunt addere: cum contra animo humano parum esse debeat, inimicitias hominum nec exagitare, nec augere male loquendo, nisi eas etiam extinguere bene loquendo studuerit. *Lib. 9 Conf., cap. 9.*

4. Adolescentes inimicitias vitent cautissime, ferant equissime, finiant citissime. *Lib. 2 de Ordine, cap. 8.*

5. Inimicus similis est serpenti. In serpente maxima astutia est, et dolus nocendi, propterea serpens non enim pedes habet, ut ejus vestigia, cum venit audiantur: in ejus itinere lenis est tractus, sed non est rectus: ita inimici repant et serpunt ad nocendum, habentes occultum venenum, et sub leni contactu. *Super Psalm. cxxxix vers. 3.*

SIXT. PEL.

HUGO A S. VICTORE.

S. AMBROS.

S. AUGUST.

6. Multo mihi optabilius est inimicum non habere, quam vincere. *De Verb. Apost., serm. 12.*

7. Virilis animi est et preclara mentis, deicere a cervicibus anime inimicum pondus. *Serm. 1, vigil. Pent.*

8. Hostis mutato genere servit, nec aliqua pietate movetur, nec humanitate blanditur. *Serm. 1 Dom. 21 post Trinit.*

9. Inimici proprium est nocere ac insidiari. *Quest. 176. Quast. compendioso explicat.*

10. Infelix, qui habitationem inimico accommodans, de se arma ministrat adversario. *Orat. 36.*

S. BASTILIUS MAGNUS. 11. Non semper gladio, sed saepe servitio vincitur inimicus. *Epist. de Cura et regim. rei familiaris.*

S. BASTILIUS SELEUC. 12. Que pestis efficacior ad nocendum, quam familiaris inimicus? *Lib. 3 de Consolat. Philos., prosa 4.*

S. BERNARD. 13. Nullus hostis timendus est, postquam Deum exercituum adiutorem habes. *Serm. 6 de SS. Apostolis.*

BOETIUS. 14. Debilis est hostis, qui non vicit, nisi volentem. *Super lib. 2 Sent., dist. 6, dub. 3.*

S. BONAV. 15. Carnales hostes corpus impetunt; spirituales vero animas necare contendunt. *Super Psalm. vii, vers. 1.*

CASSIODOR. 16. Voluntarie sacrificat Domino, qui pro inimicis studio pietatis exorat: nam qui petit inimicorum vindictam, voluntarie non sacrificat Domino. *Super Psalm. xiii, vers. 6: Voluntarie sacrificabo tibi.*

17. Gravissimum inimicitie genus, esse corde adversarios, et lingua simulare devotos. *Super Psalm. lvi, vers. 20.*

18. Truculentior semper est inimicorum adnata collectio; et quod non dividitur, gravius uno fasco portatur. *Super Psalm. lxx, vers. 11.*

19. Non debemus inimicos aestimare, qui prosunt. *Super Psalm. cxxxvii.*

20. Possunt quidem in maligno pectore prius odia occulta versari; sed jam validissima nequitia est, qui proficitur inimicum. *Super Psalm. cxxxviii.*

S. CLEMENS PAPA. 21. Homini religioso parum esse debet, inimicitias aliorum non exercere, vel non augere male loquendo, nisi eas etiam extinguere bene loquendo studuerit. *Epist. 2.*

CLEMENS ALEX. 22. Inimico ferendum est auxilium, ne maneant inimicus: auxilio enim vincitur benevolentia, dissolvuntur vero inimicitie. *Lib. 2 Stromat.*

23. Inimicum facilius est cavere, quam amicum. *Ibid., lib. 6.*

S. CYRILIAN. 24. Plus metuendus est et cavendus inimicus, cum latenter obrepit, cum per pacis imaginem

fallens, oculis accessibus serpit. *De unit. Eccles.*

25. Christianus homo non debet quemquam tam inimicum reputare, quam eum qui animam querit in peccati et damnationis mortem quomodocunque pertrahere. *In Argumento super Psalm. vii, sect. 1.*

26. Qualis est hostis saviens, talis est blandiens. *super Job, cap. 3.*

27. Nulla pestis efficacior, quam domesticus hostis. *Super Apocalypsis., cap. 2.*

28. Humana mens omnem inimicum quem tolerat, etiam impium et iniquum putat. *Lib. 22 Moral. cap. 6.*

29. Levius est professum inimicum cavere, quam hostem latentem sub amici nomine suslinere. *Epist. 21, ad Panamach. et Marcellin., lib. 2.*

30. Sunt fortes inimici, sunt fortiores, sunt fortissimi. Fortes inimici, sunt vitia carnis; fortiores: vitia mentis; fortissimi, sunt diaboli. *Lib. 3, de Claustro anim., cap. 10.*

31. Omnis inimicitia beneficiorum assiduitate compescitur. *Homil. 13, super Matth., Oper. imperf.*

32. Inimicus manifestus melior est, quam amicus fictus: ille dum timetur, facile vitatur: iste dum non cognoscitur, prevalet. *Ibid., homil. 42.*

33. Nulla sunt arma tam valida diabolo, quam inimicitia. *Homil. 2, super II Cor. in illud Joan. 14: Peccum meum do vobis.*

34. Nihil est, nihil est, inquam, quod ita pariat inimicitias, sicut seductio et deceptio. *Serm. 14, super Epist. ad Ephes.*

35. Ex inimicitia oritur injuriarum memoria, et vindicandi libido. *Serm. 14, super Epist. ad Philip.*

36. Si inimicitie semel occupaverint animos, omnia que fiunt, que dicuntur, que audiuntur, ita accipiuntur, et intelliguntur, ut ad majores et longiores proficiant inimicitias. *Lib. 4 de Compunct. cordis.*

37. Si quid boni dicatur de inimico, non creditur, si quid autem mali, hoc solum creditur et confirmatur. *Ibid.*

38. Quis pejor est tibi, inimicus apertus, an qui se fingit amicum, et est inimicus? Puto quod melior est inimicus apertus, quam amicus falsus. *Homil. 45, super Matthewan, Oper. imperf.*

39. Quemadmodum existente amicitia, etiam vera mala videntur falsa: ita regnante inimicitia, vicissim vera videntur, que falsa sunt. *Serm. 14, super Epist. ad Ephes.*

FRANCISCUS TITELM.

GLOSS. INT.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. BERNON.

HUGO A S. VICTORE.

S. JOHANNES CHRYSOST.

40. Inimicitie pondus plumbo gravis est. *Ibid.*
41. Nihil non faciamus, ut ante solis occasum inimicitias extinguamus : nam si primo die inimicitias defines, et sequenti, sepe et in annum illam extendis ; fit ut per seipsam excreseat, nec aliqua re alia deinceps opus habeat. *Ibid.*
42. Si dedero potum inimico meo, tunc eum magis panio. Homil. 25, super *Epist. ad Hebr.*
- JOAN. GERS. 43. Inimici familiares plus nocent, quam extranei, et ideo potius sunt extripandi. Serm. ad *Reg. Franc. nomine univers. Paris.*, partit. 2. De *Insidiatore, rapace, etc.*, consid. 2.
- JOAN. TRITH. 44. Non est inimicus peior adversario oculo. In cap. 4, *Regul. S. Bened.*, verbo *Solent.*
- S. ISIDORUS HISPALENS. 45. Cavendus est inimicus, qui manifestus est : sed magis ille, qui videri non potest. Lib. 3, de *Summo hono*, cap. 26, sect. 2.
- S. LAURENT. JUSTIN. 46. Nullus est finis inimicitias, nisi ad tempus obtemperemus iratis. De *Ligno vite*, tract. 5, de *Patient.*, cap. 4.
- S. PLETYUS CHRYSOL. 47. Periculosus nimis est repentinus hostis : nam aut inscio prevenit, aut incautos preoccipat, aut opprimit dormientes. Serm. 27.
- S. PROSPER. 48. Ille est insidiosus inimicus, qui in labiis portat bonas, et in penetralibus animi occultat mala. Super *Psalm. cxxxix*, vers. 2.
- THOMAS A KEMPIS. 49. Citius exterior vincitur inimicus, si interior homo non fuerit devastatus : non est molestior et peior anime hostis, quam tu ipse tibi. Lib. 3, de *Imit. Chr.*, cap. 13, sect. 1.
- S. VALDE. EPISCOPUS. 50. Accrescunt inimicitias, si cum alter se verbis defendit, alterius dieta alter accuset. *Prosec.*
51. Nullus autem est finis inimicitias, nisi ad tempus obtemperemus iratis. Homil. 42.
52. Solet insanabilis inimicitia ex contentione descendere. *Ibid.*
- S. ZENO EP. ET MART. 53. Nihil his inimicitias difficilius, quam ex invidia amarissimo fonte descendunt. Serm. de *Levere*.
- SENTENTIE PAGANORUM.
- CICERO. 54. Qui palam est adversarius facile cavendo vitari potest : occultus vero, inestinus ac domesticus, opprimat, antequam prospicere atque explorare possis. Orat. 6, in *Verrem*, lib. 1, cap. 2.
- MINUS POU. 55. Gravior inimicus, qui latet sub pectore. In suis *Sent.*, sent. 144.
56. Inimicum quamvis humilem, docti est metutero. *Ibid.*, sent. 201.
57. Non minus domesticus, quam externus hostis pertimescendus est. Lib. 3, de *Republ.*
58. Nullum magis adversarium timeas, quam qui vivere non potest, occidere potest. Lib. 4, *Contra trovers.* 9.

59. Mortales esse inimicitias debent. Lib. 5. *De-clamat.*
60. Inimicitias potentum graves sunt. De *divina provid.*, cap. 3.
61. Imprimis finibus hostis arcendus est : nam cum intravit, et portis se intulit, modum a captivis non accipit. Lib. 1, de *Tra*, cap. 8.
62. Nullus periculosior hostis est, quam quem audacem angustias faciunt. Lib. 2, *quest.* cap. ult.
63. Te minus loquax inimicus offendit, quam tacitus. De *Morbis*.
64. Inimicitias tarde suscipe, amicitias exere moderate. De *Morbis*.
65. Neminem inimicum deputes. Sent. 97.
66. Opta, ut bene possis facere inimicis. *Ibid.*, sent. 204.
- Vide etiam tit. *Amicitia* in genere, sent. 144; *Beneficium* in genere, sent. 36; *Caro*, sent. 61; *Certamen*, sent. 66; *Insidia*, sent. 14, 26; *Penitentia*, sent. 265; *Reconciliatio*, sent. 36; *Vigilare*, sent. 7.

INIMICI DILECTIO. Vide Dilectio inimici.

INIQUITAS.

- Etymologia.* Iniquitas græce dicitur *ἀνομία*, id est sine lege : quia lex *νόμος* vocatur. Super *Epist. ad Rom.*, cap. 4.
- Nequitia ab eo quod nequidquam sit, dicta est : et ideo nequissimi homines, nihili homines appellantur. De *Vera relig.*, cap. 11.
- Iniquitas græce, *ἀνομία* appellatur, quod designat quasi contra legem, vel sine lege factum : lex autem divina est æquitas ipsa, sicque iniquitas, est non æquitas, ut pote violatio æquitatis. Super I B. *Joan.*, cap. 3, art. 4, in illud : *Omnia qui facit peccatum.*
- Iniquitas est, quasi non æquitas, id est, contra æquitatem. Serm. 23, de *S. Maria Magdalena*.
- Definitio.* Iniquitas est contra legem, vel extra legem agere, vel a lege deviare. Super *Epist. ad Rom.*, cap. 4.
- Iniquitas non est appetitio inaptarum malorum, sed desertio meliorum. De *Natura boni*, cap. 4.
- Iniquus est, qui pravitate operis ab æquitate discordat. Super *Epist. ad Rom.*, cap. 4.
- Differentia.* Inter impietatem et iniquitatem hæc est differentia. Impietas aut pravam in Deum fidem gerit, aut nullam : iniquitas autem, malis moribus polio vitam. *Prosec.*
- Blasphemat impietas Deum, lædit iniquitas proximum. Dib. 4, de *Remis. Peccator*, cap. 16.
- Nota differentiam inter injustitiam et iniquitatem :

- sicut enim justitia est reddere unicuique quod suum est, et æquitas quantum suum est : sic injustitia est auferre quod suum est, iniquitas quantum suum est. Super *Psalm. vii*, in illud : *Et peperit iniquitatem.*
- S. THOMAS AQUINAS. Different inter se iniquitas et peccatum : quia iniquitas opponitur justitiam, quæ quidem proprie semper est ad alium : peccatum autem dicitur omnis defectus actionis, quia importat deordinationem. Et sic iniquitas est in proximum, sed peccatum in seipsum. Super *Epist. ad Hebr.*, cap. 8, lect. 3.
- S. AMBROS. Comparatio. Recte fumo iniquitas comparatur, quæ velut quadam seculari caligine aciem mentis obducit. Lib. 2, de *Cain et Abel*, cap. 4.
- S. HIERON. Sicut justitia saturat, sic iniquitas substantiam non habens, vana comedentes fraude ludit, et uteros devorantium vacuos derelinquit. Lib. 1 super *Oseam*, cap. 4, in illud : *Et Concedent et non saturabuntur.*
- Sicut famelicus refici cibis desiderat, impius, ut iniquitatis executione satiatur, ardentem exquirat. Lib. 2, super *Proverb.*, cap. 19, in illud : *Et os imitatorum, etc.*
- SENTENTIE PATRUM.
- S. AMBROS. 1. Usu atque exercitatione iniquitas augetur, et impunitate nutritur ejus audacia. De *Noe et Arca*, cap. 10.
2. Radix est iniquitas, fructus autem radicis est culpa. Lib. 1, *Apolog. David*, cap. 9.
3. Ille facilius iniquitatem declinat, qui vias iniquitatis non fuerit ingressus. Super *Psalm. cxviii*, serm. 16, vers. 8.
4. Contagium colluvionis, consortium iniquitatis est. *Ibid.*, serm. 24, vers. 3.
5. Nihil squalidius iniquitate. Lib. 5, epist. 18, ad *Herontian.*
- S. AUGUST. 6. Tanto quisque plenior iniquitatis, quanto inerior charitatis. Epist. 29, ad *D. Hieronym.*
- S. ANSELM. 7. Si quis nequit vel vivere, tanto miserior esse convicitur, quanto facilius mala ejus voluntas impletur. Epist. 121, ad *Proban.*, cap. 5.
8. Cui licentia iniquitatis eripitur, utiliter vincitur : quoniam nihil est infelicius felicitate peccantium. Epist. 5, ad *Marcellin.*
9. Quid hic magis persequitur vitam bonorum, quam vita iniquorum ? non cum cogit imitari quod displicet, sed cum cogit dolere quod videt. Epist. 145, ad *Selvanum.*
10. Immundus est ante Deum, omnis iniquus : mundus est omnis justus. De *Mendacio ad Consentium*, cap. 7.
11. Qui ab iniquitatibus suis recedere negligunt, et sibi de Deo indulgentiam proumittunt, nonnunquam illa præveniuntur repentino Dei furere, et nec conversionis tempus, nec beneficium remissionis inveniunt. De *file ad Petrum*, cap. 3.
12. Sepe nihil nocet ei iniquitas, qui patitur injuriam : ei autem qui facit, necesse est ut noceat. De *serm. Dom. in monte*, lib. 2.
13. Qui noluerit servire charitati, necesse est ut serviat iniquitati. Exposit. 2, super *Psalm. xvii*, vers. 44.
14. Qui perit de via justitie, cum magna miseria per vias iniquitatis errabit. Super *Psalm. ii*.
15. Melior est tristitia iniqua patientis, quam lætitia iniqua facientis. Super *Psalm. lvi*, vers. 9.
16. Vana est iniquitas, nihil est iniquitas : flores potest ad tempus iniquitas, permanere non potest. Super *Psalm. lxxi*, vers. 10.
17. Simulata æquitas non est æquitas, sed duplex iniquitas : quia iniquitas est, et simulatio. Super *Psalm. lxxiii*, vers. 6.
18. Ferenda est magis omnis necessitas, quam perpetrandæ est aliqua iniquitas. Super *Psalm. lxxii*, vers. 7.
19. Necesse est ut, si proficis, inter iniquos vias : ab iniquis recedere non potes, ab iniquitate recede. Super *Psalm. xcii*, vers. 2.
20. Malignus est omnis iniquus, et necesse est noxius sit, sive sit blandus, sive ferox. Super *Psalm. cxxxix*, vers. 4.
21. Sepe qui major est etate, major est iniquitate. De *Verb. Dom.*, serm. 26.
22. Quando blanditur iniquitas, et dulcis est iniquitas, amara est veritas. *Prosec.*
23. Stavis sit veritas, dulcis contaminetur iniquitas, nullo melior et suavior est veritas. De *Verbis Apostoli*, serm. 12.
24. Pejus est gaudere de iniquitate, quam dolere de corruptione. De *Natura boni*, cap. 20.
25. Dulciores sunt justitie fructus, quam iniquitatis. De *Catechis. rud.*, cap. 16.
26. Quæsi quid esset iniquitas, et non inveni substantiam. Lib. 7, *Conf.*, cap. 16.
27. Pati melius est iniquitatem, quam facere. Lib. 1, de *Doctrina christiana*, cap. 36.
28. Tanto quisque tolerabiliorum habebit damnationem, quanto hic minorem habuit iniquitatem. In *Enchiridio*, cap. 93.
29. Si abundat iniquitas, vestra ferveat charitas. De *quinque hæresis*, cap. 6.
30. Mors hominis iniquitas est. Homil. 37, ex quinquag. Homil., cap. 3.
31. Inimicum vides persequi te, iniquitas est quæ te persequitur. *Ibid.*, homil. 38, cap. 7.
32. Quantum accedit finis mundi, crescent errores, crescit iniquitas. Tract. 25, super *Joan.*

33. Iniquitas quanto magis abundat, tanto magis adversus diabolum acris pugnandum est. *Annotat. in Job*, cap. 38.
34. Tempus inimicorum est, donec transeat iniquitas. *Ibid.*
35. Nulla est iniquitas impunita, nisi quam sanguis Mediatoris expiaverit. Lib. 6, *contra Julian*, cap. 49.
36. Christus iniquitatem ignoscendo, aufert. Lib. 1, *Oper. imperfect.* *contra Julian*, num. 83.
37. Iterata iniquitas concessam misericordiam exinanivit. Lib. *Medit.*, cap. 3.
38. Christus iniquos amavit, sed iniquitatem solvit: iniquos amavit, sed non ad iniquitatem congregavit. Tract. 7, super *Epist. Joannis*.
- S. BERNARD 39. Nulla nocet adversitas, si nulla dominetur iniquitas. Serm. 43, super *Qui habitat*.
40. Servus est cui dominatur iniquitas. Lib. 4, *de Consider.* ad *Eugen. Pap.*
41. Omne quod a veritate discordat, iniquitas est. Serm. 34, ad *Sororem*.
- S. DONAV. 42. Iniquitas nascitur, trahitur, completur, nascitur in cogitatione; trahitur in delectatione; completur in consensione. Exposit. 2, super *Psaln.* cxviii, cap. 10, vers. 6, art. 2.
43. Ubi lex est, ibi æquitas est: ubi vero æquitas abest, ibi iniquitas adest. *Ibid.*, cap. 5, vers. 13, art. 3.
44. Iniquitatis idoneus persecutor, æquitalis est executor. *Ibid.*, cap. 7, vers. 10, art. 4.
45. Ubi totum occupat æquitas, nullum habet focum iniquitas. *Ibid.*, cap. 7, vers. 12, art. 4.
- S. CHERARUS ARELAT. 46. Consummata iniquitas permanet, voluptas fugitiva pertransit. Homil. 4.
47. Iniquitatem tuam si tu agnoscis, Deus ignoscit. *Ibid.*, homil. 43.
- CASSIODOR. 48. Remanet iniquitas desperata, cui subtrahitur saluberrima medicina. Super *Psaln.* cviii, vers. 11.
- S. CYRILLUS NIEPOSCOL. 49. Morbus animæ acerbissimus est iniquitas, quæ et nervos illius omnes præcidit, et æterno igni obnoxiam facit. *Cateches.* 2.
- FRANCISCUS TITELM. 50. Iniquitas id quod in omnibus rebus externis reputatur maximum bonum, homini aufert et violat. In *Elicid.* super cap. xxxi, *Job*.
- GISS. ORD. 51. Peccator ut mundari possit ab iniquitatibus suis, reprobas cogitationes, origines scilicet malorum operum, abjiciat necesse est. Super 1, *Esdræ*, cap. 9.
52. Diabolus tot testes habet, quot iniquitatis suas prædicatores. Super *Job*, cap. 40.
- GLOSS. INT. 53. Iniquitas tua voluntatis est, non nature: omnis enim creatura bona et perfecta condita est. Super *Ezech.*, cap. 23.

54. Quem rapit iniquitas, infernus absorbet. Lib. 26 *Moral.*, cap. 24.
55. Iniquus dicitur, qui pravitate operis ab æquitate discordat. *Ibid.*, lib. 48, cap. 6.
56. Valde iniqua sunt, que iniqui sub boni specie moluntur. *Ibid.*, lib. 32, cap. 24.
57. Peccator cum de iniquitate sua non confunditur, in iniquitate eadem etiam adminiculis pessimæ consuetudinis roboratur. *Ibid.*, lib. 4, cap. 25, super illud *Job* 3: *Quare exceptus genibus*.
58. Si vanitatis culpa nequaquam caute comperitur, ab iniquitate profluvius mens incauta devoratur. *Ibid.*, lib. 10, cap. 9.
59. Vanitas mentem obnubilat, iniquitas cæcat. *Ibid.*
60. Apertus damnationis testis est ipse timor iniquitatis: quia et timetur quod agitur, et tamen malum non vincitur, quod timetur. *Ibid.*, lib. 12, cap. 21, super illud. *Sap.* 17: *Cum sit timida nequitia veritatis*.
61. Manifestum perditionis iudicium est, quando affectatis iniquitatibus, subsequens faveat affectus, et nulla contrarietas impedit, quod mens perversa concepit. *Ibid.*, lib. 26, cap. 14.
62. Sive sit magna, sive parva iniquitas, nisi puniatur ab homine penitente, puniatur a Deo judicante. In *septem Psalm. Penit.*, super *Psaln.* iv, vers. 7.
63. Illi qui alios ad iniquitatem suadendo pertrahunt, in semetipsis ministerium demonum ad iniquitatem suscipiunt. Homil. 2, super *Ezech.*
64. Non vivit iustitia, nisi qui moritur iniquitati. In *septem Psalm. penit.*, super *Psaln.* vii, vers. 12, *Vivificabis me*, etc.
65. Si quolibet modo incipienti negligitis iniquitatem resistere, plurimos erroris sui gladio vulnerabit. Lib. 3, in *Registro*, indict. 12, cap. 35.
66. Iniquo non nocet iniquitas sua, a die quo se ab iniquitate converterit. Epist. 44, ad *Celantiam*.
67. Iustitia requiem habet, iniquitas laborem. Super *Ecclesiasten*, cap. 4, super illud: *Molitor est plenus pinguis*, etc.
68. Nemo magis iniquus, quam ille qui iniquitatis inventor est simulat sanctitatis, id est diabolus. Super *Psaln.* xxxiii, vers. 1.
69. Iniquitas inreverdanda est, palam audet, palam molitur, palam perficit. Super *Psaln.* cxix.
70. Quanto major es, tanto iniquitas tua deformior. Super II, *Reg.*
71. Tolle iniquitates, et nulla erunt vana. Super *Ecclesiastem*, cap. 3.
72. Iniquitas extrema, est cupiditas. Super *Thren.* cap. 35.
73. Abhorret ab illo iustitiæ et pietatis auc-

- tore, quidquid bonitati æquitatiq[ue] contrarium est. *Collat.* 23, *Abbat. Theona*.
- S. JOANNES CRYEOST. 74. Omnis homo quantumvis malus priusquam aliquam faciat iniquitatem, quasi tardior est ad opus iniquitatis: quod si semel comperit, jam paratior fil ad omne opus iniquum. Homil. 6, super *Matth. Oper. imperf.*
75. Via perditionis est iniquitas, et via vite est omnis iustitia. *Ibid.*, homil. 18.
76. Iniqui nec post mortem desinunt esse iniqui: quia etsi tunc peccare non possunt, tamen peccandi propositum tenent. *Ibid.*, homil. 49.
77. Iniquitas ex suggestione quadam diaboli nascitur, per pacem autem servatur. *Ibid.*, homil. 26.
78. Iniquitatem time, quæ mater est tormentorum. Homil. 26, ex *Divers.*
79. Injustus cum diabolo vivit. Homil. 46, super I *Cor.*
80. Iniquitatis multiplicatio, in causa est cur charitas refrigeratur. Serm. 8, super *Epist.* ad *Ephes.*
- S. ISIDORUS HISPAL. 81. Malorum iniquitas, Sanctorum servit utilitati: quia unde mali corrumpunt, inde boni proficiunt. Lib. 1, de *Summo bono*, cap. 10, sent. 42.
82. Trahit iniquitatem ut funiculum, qui tardat ad Deum converti: trahere enim iniquitatem, est moram facere in iniquitatibus. Lib. 2, de *Summo bono*, cap. 23, sent. 42.
83. Iniquis molesta est veritas, et amara disciplina iustitiæ. *Ibid.*, lib. 3, cap. 32, sent. 8.
84. Iniquitas cum iustitia non habet pacem. Serm. 9, *Quadrage.*
- S. NILUS. 85. Quando iniqua agens quis, propterea tamen nullo pudore afficitur: vulnus magis exasperat, et error ipsius tendit ad desperationem. *Parvenc.* 96.
- S. PETRUS MAURITIUS ABB. CLEN. S. PROSPER. 86. Salubrior est mordens pietas, quam mulcens iniquitas. Lib. 2, epist. 9, ad *Innocent. Pap.*
87. Minus noxia est iniquitas aperta quam tecta. Super *Psaln.* cxxxix, vers. 2.
88. Iniqui, membra sunt diaboli. Super *Psaln.* cxxxix, vers. 4.
89. Metu ultionis omnis iniquitas refrænetatur. Lib. 4, *adversus Marcionem*, cap. 16.
- S. HILARIUS. 90. Fundamentum et radix impietatis, vitæ corruptela est. Super *Psaln.* xiii, vers. 2.
- HUGO & S. VICTOR. 91. Si quis iniquam elegerit vitam, licet secundis ventis feratur, miserimus tamen putandus est. Super *Psaln.* 14, vers. 5.
- HUGO CARD. 92. Infeconditas maxima causa est iniquitatis. Super *Joel*, cap. 1.
- S. THOMAS AQUINAS. 93. Iniqui vellent sine fine vivere, ut sine fine possent in iniquitatibus permanere. 1, 2, quest. 87, art. 3.

94. Iniquitas omnem injustitiam continet. Lib. *Ethic. ad Nicomach.*, cap. 4.
95. Iniquitatis est, mores ritusque patrios prævaricari, legibus et auctoritati publice subesse non velle, mentiri etiam ac pejerare, pactaque transgredi, et fidem fallere. Lib. 4, de *Virtutibus*, cap. 5.
96. Locus jam nullus est, neque tam longinquus, neque tamen reconditus, quo non per hæc tempora nostrorum hominum iniquitas pervaserit. Orat. 8, in *Verrem*, lib. 3, act. 4.
- Vide etiam tit. *Domnatio*, sent. 9, 47, 20; *Diferentie*, sent. 26; *Dissimulatio*, sent. 22; *Immunditia*, sent. 3; *Judicium in genere*, sent. 26; *Opus*, sent. 10; *Peccatorum defensio*, sent. 55; *Punitio*, sent. 14, 52; *Resurrectio a peccato*, sent. 52; *Seductio*, sent. 48; *Tractio*, sent. 34.

- Etymologia.* Injuria dicitur, quasi in jura, id est, contra jura.
- Definitio.* Injuria est, quæ audet aliquid contra ordinem juris. Lib. 5, *Etymol.* cap. 26.
- Injurie sunt, quæ aut pulsatione corpus, aut convicio aures, aut aliqua turpitudine vitam conjuspiam violant. Lib. *de Arte Rhetor.*
- Differentia.* Dividamus injuriam a contumelia: prior illa natura gravior est, hæc levior, et tantum delicatis gravis, quia non læduntur, sed offenduntur. *De Constantia sapientis*, cap. 4.

1. Is, qui cito injuria movetur, facit se dignum videri contumelia, dum vult ea indignus probari. *Prosec.*
2. Melior est qui contemnit injuriam, quam qui dolet: qui enim contemnit, quasi non sentiat, ita despicit: qui autem dolet, quasi senserit, torquetur. Lib. 1 *Offic.*, cap. 6.
3. Quos manet gloria, expectat injuria. *Ibid.*, cap. 16.
4. Non in inferenda, sed in depellenda injuria lex virtutis est: qui enim non enim repellat a socio injuriam, si potest, tam est in vitio, quam ille qui facit. *Ibid.*, cap. 36.
5. Melius dissimulare injuriam, quam eum redarguis, vindicare. Super *Psaln.* xxxviii.
6. Nullus est, qui facit alteri injuriam, nisi qui fieri nolit sibi. Super *Epist.* ad *Rom.*, cap. 2, in illud: *Quæ legis sunt, faciunt*.
7. Ex debito charitatis quilibet tenetur repellere injuriam a proximo, si potest: et qui non re-